

P R A E F A T I O.

modestia, qua ut erga me utantur alii, in votis  
habeo. *Tertio*, veritatis æque ac reverentiæ erga  
 $\tau\alpha\lambda\gamma\mu\alpha\tau\hat{\gamma}\Theta\epsilon\hat{\gamma}$ , suprema mihi lex fuit, ad  
quam omnia, cum mea, tum aliena, exigenda  
esse censui, nec vel autoritate dicentium, vel no-  
vitatis gratia, vel partium studio, vel animi pra-  
ve affecti impetu, a veri rectique tramite abripi  
ac dimoveri me passus, ita judicavi de singulis,  
ut ipsa rerum fert indoles ac natura. Non ita-  
que, quam inaudita & nova sit, cui inhærerem  
sententia, sed quam vera, solida, & sobria, pensi  
habui, & ubi non satisfacerent aliorum rationes,  
meoque ingenio standum mihi esset, quod subin-  
de factum fuisse non inficiar, opinionis meæ cau-  
fas & momenta protuli, easque proborum docto-  
rumque virorum judicio submisi: dictatoriam  
illam procul habens arrogantiam, qua omnibus  
ingenii sui figmenta, velut ex tripode dicta, &  
 $\alpha\nu\pi\epsilon\vartheta\upsilon\alpha$ , pro auctoritate obtrudere nonnulli  
confieverunt. Sed nec mihi adeo sum suffe-  
nus, ut me Lectorum omnium laturum esse suf-  
fragium